

## **Adoramus Te**

Adoramus te, sanctissime Domine Iesu Christe, hic et ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. Amen.

## **Ad Iesum Christum Crucifixum**

En ego, o bone et dulcissime Iesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatorum meorum paenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere; dum mango animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod iam in ore ponebat tuo David propheta de te, o bone Iesu: “Foederunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.” (Ps. 22:17)

## **Domine Iesu, Noverim Me**

Domine Iesu, noverim me, noverim te,  
Nec aliquid cupiam nisi te.  
Oderim me et amem te.  
Omnia agam propter te.  
Humiliem me, exaltem te.  
Nihil cogitem nisi te.  
Mortificem me et vivam in te.  
Quaecumque eveniant accipiam a te.  
Persequar me, sequar te,  
Semperque optem sequi te.  
Fugiam me, confugiam ad te,  
Ut merear defendi a te.  
Timeam mihi, timeam te,  
Et sim inter electos a te.  
Diffidam mihi, fidam in te.  
Oboedire velim propter te.  
Ad nihil afficiar nisi ad te,  
Et pauper sim propter te.  
Aspice me, ut diligam te.  
Voca me, ut videam te,  
Et in aeternum fruar te.  
Amen.

## **Horae Sanctae Crucis**

Per signum crucis de inimicis nostris.  
Libera nos Deus noster.

Domine labia mea aperies.  
Et os meum annuntiabit laudem tuam.  
Deus in adiutorium meum intende.  
Domine ad adiuvandam me festina.  
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum.

### **Ad Matutinum**

Hymnus:  
Patris sapientia, veritas divina,  
Deus homo captus est hora matutina:  
A notis discipulis cito derelictus:  
A Iudaeis traditus, venditus, et afflictus.

Ant: O crux venerabilis, quae salutem attulisti miseris, quibus te efferam praeconiis:  
quoniam vitam nobis caelitum praeparasti.

### **Ad Primam**

Hymnus:  
Hora prima Dominum ducunt ad Pilatum,  
A falsis testibus multum accusatum,  
Colaphis percutiunt manibus ligatum,  
Vultum Dei conspuunt lumen caeli gratum.

Ant: O crucis victoria, et admirabile signum, in caelesti curia fac nos captare triumphum.

### **Ad Tertiam**

Hymnus:  
Crucifige clamitant hora tertiarum:  
Illusus induitur veste purpurarum:  
Caput eius pungitur corona spinarum.  
Crucem portat humeris ad locum poenarum.

Ant: Funestae mortis damnatur supplicium, dum Christus in cruce nostra destruxit  
vincula criminum.

### **Ad Sextam**

Hymnus:  
Hora sexta Iesus est cruci conclavatus,  
Et est cum latronibus pendens deputatus:

Prae tormentis sitiens felle saturatus,  
Agnus crimen diluens sic ludificatus.

Ant: Per lignum servi facti sumus, et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris  
seduxit nos, filius Dei redemit nos.

### **Ad Nonam**

Hymnus:

Hora nona Dominus Iesus expiravit:

Eli clamans spiritum patri commendavit:

Latus eius lancea miles perforavit.

Terra tunc contremuit, et sol obscuravit

Ant: O magnum pietatis opus: mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit.

### **Ad Vesperas**

Hymnus:

De cruce deponitur hora vespertina.

Fortitudo latuit in mente divina.

Talem mortem subiit vitae medicina:

Heu corona gloriae iacuit supina.

Ant: O crux benedicta, quae sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum,  
dulces clavos, dulcia ferens pondera: super omnia ligna cedrorum, tu sola excelsior: in  
qua mundi salus pependit, in qua Christus triumphavit, et mors mortem superavit in  
aeternum.

### **Ad Completorium**

Hymnus:

Hora completorii datur sepulturae

Corpus Christi nobile, spes vitae futurae

Conditur aromate: complentur scripturae:

Iugi fit memoriae mors haec mihi curae.

Ant: Salvator mundi salva nos, qui per crucem et sanguinem tuum redemisti nos,  
auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

### **Conclusio Horae**

Adoramus te Christe, et benedicimus tibi.

Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Domine Iesu Christe fili Dei vivi,  
pone passionem, crucem, et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam, nunc, et  
in hora mortis meae: et mihi largiri digneris gratiam et misericordiam: vivis et defunctis  
requiem et veniam: Ecclesiae tuae pacem et concordiam, et nobis peccatoribus vitam et  
gloriam sempiternam. Qui vivis et regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus,  
per omnia saecula saeculorum. Amen.

## **Gratiarum Actio ad Trinitatem**

O Deitas aeterna, o aeterna Trinitas, quae per unionem divinae naturae fecisti tantum valere pretium sanguinis unigeniti Filii tui! Tu, Trinitas aeterna, es quoddam mare profundum, in quo quanto plus quaero, plus invenio; et quanto plus invenio, plus quaero te. Tu quodammodo instabiliter animam satias; quoniam in abyssonis tua ita satias animam, quod semper remaneat esuriens atque famelica, te, Trinitas aeterna, peroptans desideransque te videre lumen in lumine tuo. Gustavi et vidi cum lumine intellectus, in lumine tuo abyssum tuam, aeterna Trinitas, atque pulchritudinem creaturae tuae: propter quod intuendo meipsam in te, vidi me fore tuam imaginem: donante videlicet mihi te, Pater aeternae, de potentia tua et de sapientia tua, quae sapientia Unigenito tuo est appropriata. Spiritus vero Sanctus, qui procedit a te Patre et Filio tuo, dedit mihi voluntatem, per quam me facit aptam ad amandum. Nam tu, Trinitas aeterna, factor es, et ego factura: unde cognovi, te illuminante, in recreatione quam me fecisti per sanguinem unigeniti Filii tui, quod amore captus es de pulchritudine facturae tuae. O abyssus, o Trinitas aeterna, O Deitas, o mare profundum: et quid maius mihi dare poteris quam te ipsum? Tu es ignis qui semper ardes et non consumeris; tu es qui consumis calore tuo quemcumque proprium amorem animae. Tu es iterum ignis qui tollis omnem frigiditatem, et illuminas mentes lumine tuo, quo lumine fecisti me cognoscere veritatem tuam. In huius luminis speculo cognosco te summum bonum, bonum super omne bonum, bonum felix, bonum incomprehensibile, bonum inaestimabile, pulchritudinem super omnem pulchritudinem, sapientiam super omnem sapientiam: quia tu es ipsa sapientia, tu cibus angelorum qui igne caritatis te dedisti hominibus. Tu vestimentum cooperiens nuditatem meam, pascis nos famelicos tua dulcedine, qua dulcis es absque ulla amaritudine. O Trinitas aeterna!

## **Iesu Dulcissime Redemptor**

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ante conspectum tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. Te quidem multi novere nunquam; te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu, atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a te, sed etiam prodigorum filiorum qui te reliquerunt; fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis; perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula! Amen.

## **Aufer a Me Cor Lapideum**

Aufer a me, Domine, cor lapideum, aufer cor coagulatum, aufer cor incircumcisum; da mihi cor novum, cor carneum, cor mundum! Tu cordis mundator et mundi cordis amator, posside cor meum et inhabita, continens et implens, superior summo meo et interior intimo meo! Tu forma pulchritudinis et signaculum sanctitatis, signa cor meum in imagine tua: signa cor meum sub misericordia tua, Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum. Amen.

### **Gloria**

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Iesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, Miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Iesu Christ, cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

## **Te Deum**

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur. Te aeternum Patrem omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli; tibi Caeli et universae Potestates; Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra maiestatis gloriae tuae. Te gloriosus Apostolorum chorus, Te Prophetarum laudabilis numerus, Te Martyrum candidatus laudat exercitus. Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia, Patrem immensae maiestatis: Venerandum tuum verum et unicum Filium; Sanctum quoque Paraclitum Spiritum. Tu Rex gloriae, Christe. Tu Patris sempiternus es Filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum. Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna caelorum. Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti. Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae. Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire. Miserere nostri, Domine, miserere nostri. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te. In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.

## **O Bona Crux**

O bona crux, quae decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quaesita, et aliquando cupienti animo praeparata: accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo: ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Amen.

## **Oblatio Sui**

Suscipe, Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem. Quidquid habeo vel possideo mihi largitus es; id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco. Amen.

## **Oratio Sancti Ambrosii**

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de propriis meis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda maiestas, ego miser, inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus sub tuam protectionem fugio; et, quam Iudicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo: spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, Domine Iesu Christe, Rex aeternae, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te. Miserere mei pleni miseries et peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve, salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve, nobilis et pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, et

peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creaturae tuae, quam tuo sanguine redemisti. Paenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut, purificatus mente et corpore, digne degustare merear sancta sanctorum. Et concede, ut haec sancta praelibatio corporis et sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgation, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

### **Oratio Sancti Bonaventurae**

Transfige, dulcissime Domine Iesu, medullas et viscera animae meae suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque et apostolica sanctissima caritate, ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui; te concupiscat et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi et esse tecum. Da ut anima mea te esuriat, panem angelorum, refectionem animarum sanctorum; panem nostrum cotidianum et supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis. Te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui replentur viscera animae meae; te semper sitiatur fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei. Te semper ambiat, te quaerat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; ut tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

### **Symbolum Apostolorum**

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

### **Stabat Mater**

There are many texts of the *Stabat Mater* floating around. The text can be found on many websites, as so many composers have set it to music. There are two basic versions, with subtle differences that crop up in different editions of each. The two foundational texts can be found here: <http://www.stabatmater.dds.nl/latin.html>

The translation I had worked up as a gift for a friend a while back was based on texts that can be found here:

*A Primer of Ecclesiastical Latin*, John F. Collins, The Catholic University of America Press, Washington, D.C., 1985.

*Medieval Latin*, ed. Karl Pomeroy Harrington, Allyn and Bacon, 1950, Boston.

My translation avoids the rhyming triplets and the heavy trochaic rhythm, but maintains the number of syllables in each line, eight in the first two, followed by seven in the third. This text and translation follow.

Stabat Mater dolorosa  
Iuxta crucem lacrimosa  
Dum pendebat Filius

Cuius animam gementem  
Contristatam et dolentem  
Pertransivit gladius

O quam tristis et afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater unigeniti!

Quae maerebat et dolebat,  
Et tremebat cum videbat  
Nati poenas incliti

Quis est homo qui non fleret,  
Matrem Christi si videret  
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,  
Piam Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suae gentis  
Vidit Iesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum  
Moriendo desolatum  
Dum emisit spiritum

Eia Mater, fons amoris  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam

Fac, ut ardeat cor meum  
In amando Christum Deum  
Ut sibi complaceam

Sancta Mater, istud agas,  
Crucifixi fige plagas



Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego vixero.

Iuxta crucem tecum stare,  
et me tibi sociare  
In planctu desidero

Virgo virginum praeclara,  
Mihi iam non sis amara  
Fac me tecum plangere

Fac, ut portem Christi mortem  
Passionis eius sortem,  
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
Cruce fac inebriari,  
Et cruore Filii;

Inflammatum et accensum  
Per Te, Virgo, sim defensum  
In die iudicii.

Fac me cruce custodiri  
Morte Christi praemuniri  
Confoveri gratia

Quando corpus morietur,  
Fac, ut animae donetur  
Paradisi gloria.

A mother – grief stricken – just stood,  
Eyes full of tears, next to a cross  
    On which was hanging her son.  
Through her soul, groaning and with him  
Sharing his despair, and grieving,  
    A sword has already passed.

Oh, God! How sad and afflicted  
She was – the one blessed above all,  
    Mother of the Only-Born,  
Who continued to mourn and grieve,  
Trembling to watch the punishments  
    Of her child, whom they all knew.

Who is the one who would not weep  
To see the mother of the Christ  
    In such agonizing pain?  
Who could not be moved to despair,  
Thinking of this steadfast mother  
    Grieving along with her son?

For the sins of her own people  
She saw Jesus in torture and  
    Given over to the whips.  
She saw her sweet one, born of her,  
Dying, utterly forsaken,  
    As he heaved out his last breath.

Loyal mother, fountain of love,  
Make me feel the power of grief  
    So that I may mourn with you.  
Make it so that my own heart burns  
In loving Him – the Christ – my God –  
    That I may fully please him.

Holy Mother, do this for me –  
The blows of the crucified One,  
    Hammer them into my heart.  
And the punishments of your Son,  
Wounded, having deigned to suffer  
    In my place, with me divide.

Cause me to weep truly with you,  
To grieve with the crucified One  
    Until the end of my life,  
To stand next to the cross with you,  
To ally myself with you in  
    Mourning – this is all I want.

Glorious maiden of maidens,  
Be no longer bitter to me.  
    Instead, make me mourn with you –  
Grant that I may carry Christ's death,  
Grant me a share in His passion,  
    Calling back to mind those blows.

And with those blows make me wounded,  
Make me inebriated with  
    The cross and blood of your Son.

Set afire and inflamed may I  
Be defended through you, maiden,  
On that wrathful judgment day.

Let me be guarded by the cross,  
Fortified by the death of Christ,  
Finding favor in His grace.  
And when my body dies at last,  
Grant there be given to my soul  
The glory of Paradise.

What follows is the *Analecta* text from <http://www.stabatmater.dds.nl/latin.html>, with changes in the text highlighted, along with corresponding changes in my translation.

Stabat Mater dolorosa  
Iuxta crucem lacrimosa  
Dum pendebat Filius

Cuius animam gementem  
Contristatam et dolentem  
Pertransivit gladius

O quam tristis et afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater unigeniti!

Quae maerebat et dolebat,  
Et tremebat cum videbat  
Nati poenas incliti

Quis est homo qui non fleret,  
Christi Matrem si videret  
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,  
Piam Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suae gentis  
Vidit Iesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum  
Moriendo desolatum  
Dum emisit spiritum

Eia Mater, fons amoris  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam

Fac, ut ardeat cor meum

In amando Christum Deum  
Ut sibi complaceam

Sancta Mater, istud agas,  
Crucifixi fige plagas  
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego vixero.

Iuxta crucem tecum stare,  
Te libenter sociare  
In planctu desidero

Virgo virginum praeclara,  
Mihi iam non sis amara  
Fac me tecum plangere

Fac, ut portem Christi mortem  
Passionis eius sortem,  
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
Cruce hac inebriari,  
Ob amorem Filii

Inflammatum et accensum  
Per Te, Virgo, sum defensus  
In die iudicii.

Fac me cruce custodiri  
Morte Christi praemuniri  
Confoveri gratia

Quando corpus morietur,  
Fac, ut animae donetur  
Paradisi gloria.

A mother – grief stricken – just stood,  
Eyes full of tears, next to a cross  
    On which was hanging her son.  
Through her soul, groaning and with him  
Sharing his despair, and grieving,  
    A sword has already passed.

Oh, God! How sad and afflicted  
She was – the one blessed above all,  
    Mother of the Only-Born,  
Who continued to mourn and grieve,  
Trembling to watch the punishments  
    Of her child, whom they all knew.

Who is the one who would not weep  
To see the mother of the Christ  
    In such agonizing pain?  
Who could not be moved to despair,  
Thinking of this steadfast mother  
    Grieving along with her son?

For the sins of her own people  
She saw Jesus in torture and  
    Given over to the whips.  
She saw her sweet one, born of her,  
Dying, utterly forsaken,  
    As he heaved out his last breath.

Loyal mother, fountain of love,  
Make me feel the power of grief  
    So that I may mourn with you.  
Make it so that my own heart burns  
In loving Him – the Christ – my God –  
    That I may fully please him.

Holy Mother, do this for me –  
The blows of the crucified One,  
    Hammer them into my heart.  
And the punishments of your Son,  
Wounded, having deigned to suffer  
    In my place, with me divide.

Cause me to weep truly with you,  
To grieve with the crucified One  
    Until the end of my life,  
To stand next to the cross with you,  
To join myself freely with you  
    In mourning – this I desire.

Glorious maiden of maidens,  
Be no longer bitter to me.  
    Instead, make me mourn with you –  
Grant that I may carry Christ's death,

Grant me a share in His passion,  
Calling back to mind those blows.

And with those blows make me wounded,  
Intoxicate me with this cross  
For the sake of your Son's love.  
Set afire and inflamed may I  
Be defended through you, maiden,  
On that wrathful judgment day.

Let me be guarded by the cross,  
Fortified by the death of Christ,  
Finding favor in His grace.  
And when my body dies at last,  
Grant there be given to my soul  
The glory of Paradise.

Finally, here is a version nearly identical with the version I had originally used. I have highlighted the changes in the text and in my translation.

*Latin Literature: A Book of Readings*, Frederick M. Wheelock, Waveland Press, Inc.,  
Prospect Heights, IL, 1993.

Stabat Mater dolorosa  
Iuxta crucem lacrimosa  
Dum pendebat Filius

Cuius animam gementem  
Contristatam et dolentem  
Pertransivit gladius

O quam tristis et afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater unigeniti!

Quae maerebat et dolebat,  
Et tremebat cum videbat  
Nati poenas incliti

Quis est homo qui non fleret,  
Matrem Christi si videret  
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,  
Piam Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suae gentis  
Vidit Iesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum  
Moriendo desolatum  
Dum emisit spiritum

Eia Mater, fons amoris  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam

Fac, ut ardeat cor meum  
In amando Christum Deum  
Ut sibi complaceam

Sancta Mater, istud agas,  
Crucifixi fige plagas  
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego vixero.

Iuxta crucem tecum stare,  
Meque tibi sociare  
In planctu desidero

Virgo virginum praeclara,  
Mihi iam non sis amara  
Fac me tecum plangere

Fac, ut portem Christi mortem  
Passionis eius sortem,  
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
Cruce hac inebriari,  
Et cruore Filii;

Inflammatum et accensum  
Per Te, Virgo, sum defensus  
In die iudicii.

Fac me cruce custodiri  
Morte Christi praemuniri  
Confoveri gratia

Quando corpus morietur,  
Fac, ut animae donetur  
Paradisi gloria.

A mother – grief stricken – just stood,

Eyes full of tears, next to a cross  
    On which was hanging her son.  
Through her soul, groaning and with him  
Sharing his despair, and grieving,  
    A sword has already passed.

Oh, God! How sad and afflicted  
She was – the one blessed above all,  
    Mother of the Only-Born,  
Who continued to mourn and grieve,  
Trembling to watch the punishments  
    Of her child, whom they all knew.

Who is the one who would not weep  
To see the mother of the Christ  
    In such agonizing pain?  
Who could not be moved to despair,  
Thinking of this steadfast mother  
    Grieving along with her son?

For the sins of her own people  
She saw Jesus in torture and  
    Given over to the whips.  
She saw her sweet one, born of her,  
Dying, utterly forsaken,  
    As he heaved out his last breath.

Loyal mother, fountain of love,  
Make me feel the power of grief  
    So that I may mourn with you.  
Make it so that my own heart burns  
In loving Him – the Christ – my God –  
    That I may fully please him.

Holy Mother, do this for me –  
The blows of the crucified One,  
    Hammer them into my heart.  
And the punishments of your Son,  
Wounded, having deigned to suffer  
    In my place, with me divide.

Cause me to weep truly with you,  
To grieve with the crucified One  
    Until the end of my life,  
To stand next to the cross with you,  
To ally myself with you in



Mourning – this is all I want.

Glorious maiden of maidens,  
Be no longer bitter to me.

    Instead, make me mourn with you –  
Grant that I may carry Christ's death,  
Grant me a share in His passion,  
    Calling back to mind those blows.

And with those blows make me wounded,  
Make me inebriated with

    This cross and blood of your Son.  
Set afire and inflamed may I  
Be defended through you, maiden,  
    On that wrathful judgment day.

Let me be guarded by the cross,  
Fortified by the death of Christ,  
    Finding favor in His grace.

And when my body dies at last,  
Grant there be given to my soul  
    The glory of Paradise.